

Vocabo nō plebem meam &c. Significat autē gentiles per ea quæ non sunt, quia erant omnino alienati à deo. sicut. 1. Cor. 13. dicitur. Si charitatem non habuerō nihil sum. Et sic per huiusmodi vocacionem implebitur promissio Abraham etiam in gentilibus. Vel q̄ dicit, vocat ea quæ non sunt, non intelligitur de vocacione temporalī, sed de vocacione prædeterminationis æternæ quæ vocantur & eliguntur etiam qui non sunt ac si essent. Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Et de hac vocacione dicitur infra. 9. Non ex operibus sed ex voluntate dicti sunt quia maior seruitur minori. Vel vocacionē hic dicit simplicem dei noticiam vel cognitionem quæ cognoscit futura quæ non sunt in actu sicut præsentia. Et hoc modo vocatio in Psal. accipitur cū dicitur, Qui numerat multitudinem stellarum &c. Et secundū hūc sensum quōd hic dicitur, inducitur propter id quod sensum dictum est ad deū cui credidisti, duo enim videbantur q̄stare ei quod dictum est, patrem multarum gentium posuit, quorum vnus erat quia ipse idem Abraham erat quasi emortuus præ senectute, vt infra dicit. Et cōtra hoc dicit, qui viuificat mortuos. Aliud autem est quia ille multę gentes nondum erant. Et contra hoc subdit, Et vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. ¶ Deinde cū dicit, (Qui contra spem.) commendat fidem Abraham. Et primo ostendit magnitudinem fidei eius. Secundō efficaciam vel fructum eius, ibi, (Ideo & reputatum est &c.) Circa primū duo facit. Primō ostendit magnitudinem fidei Abraham: quantum ad promissionem feminis multiplicandis. Secundō quantum ad repromissionem feminis exaltandi, ibi, (In repromissione &c.) Circa primum duo facit. Primō ostendit fidem eius fuisse magnam. Secundō ostendit eā fuisse firmam ibi, (Et nō infirmatus est in fide &c.) Circa primū duo facit. Primō proponit magnitudinem fidei Abraham, dicens, qui scilicet Abraham in hanc spem credidit vt fieret pater multarum gentium, sed contra aliam spem.

Quid spes importat.

Circa quod considerandum est q̄ spes importat certam expectationem boni futuri, quæ quidem certitudo est quandoq̄ ex causa humana siue naturali, secundū illud 1. Corint. 9. Debet in spe qui arat arare. quandoq̄ vero certitudo expectantis est ex causa diuina, secundum illud Psal. In te domine speraui &c. Hoc ergo bonum quod Abraham fieret pater multarum gentium certitudinem habebat ex parte dei promittētis. Sed contrariū apparebat ex causa naturali siue humana. Ideo dicit, Qui contra spem causæ naturalis vel humanæ credidit in spem diuinæ promissionis. Quam quidem secundō ponit dicens, secundum quod dictum est ei, scilicet Gen. 22. Sic erit semen tuum sicut stellæ cæli, & sicut arena maris. Vtrūq̄ autem horum inducitur propter similitudinem innumerabilis multitudinis. Nam quantum ad stellas dicitur Deute. 1. Dominus deus vester multiplicauit vos & estis hodie sicut stellæ cæli. Quantum ad arenam dicitur. 1. Regum. 4. Iuda & Israel innumerabiles sicut arena maris. Potest tamen alia qua differentia inter vtrūq̄ attendi vt stellis comparantur iusti qui fuerunt ex semine Abraham. Danie. 12. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Arenæ autem comparantur peccatores, quia fluctibus mundi quasi cuiusdam maris opprimuntur. Hiere. 5. Posuit arenam terminum maris, ¶ Deinde etiam dicit, (Et non infirmatus est.) ostendit firmitatē Abraham quam primō proponit dicens, & nō infirmatus est. sicut enim temperantia ostenditur non esse infirma quæ magnis concupiscentiis non vincitur, ita fides ostenditur non esse infirma, sed fortis quæ à magnis difficultatibus non superatur. 1. Pet. 5. Cui resistite fortes in fide. Secundō ibi, (Nec considerauit &c.) Ponit difficultates ex quibus ostenditur fides eius non fuisse infirma. Et primō quidem ex parte ipsius Abra-

hæ cūm dicit, Non considerauit, scilicet ad discredendū promissionem corpus suum emortuum, scilicet quia iam mortificata erat in eo vis generatiua propter senectutem. Vnde cūm dicit, Cum iam ferē centum annorum esset, Abraham enim centenario existentis natus est Isaac. vt habetur Gen. 21. Per annum autem antē fuit sibi filius promissus, secundum illud Gen. 17. Reuertens veniam ad te tempore illo, & erit Saræ filius.

¶ Sed videtur quod non fuit corpus eius emortuum quantum ad vim generatiuam, quia etiam post mortē Saræ duxit Cethuram vxorem, quæ genuit ei filios vt dicitur Gen. 15. ¶ Dicunt ergo quidam quod mortua erat in eo vis generatiua quantum ad hoc quod ex muliere antiqua generaret, non quantum ad hoc quod generaret filium ex iuuenula. Solent enim senes ex iuuenulis mulieribus prolem gignere, non autē ex antiquis quæ sunt minus aptæ ad concipiendum. Sed melius dicendum videtur quod Abraham miraculose restituta erat vis generandi, & quantum ad Saram, & quantum ad omnes mulieres. Secundō ponit difficultatem ex parte vxoris cū dicit, Et emortuum vuluam Saræ, scilicet non considerauit vt discrederet. Dicit autem emortuā quantum ad actum generandi, tum propter sterilitatē, tum propter senectutem. Iam enim desiderat ei fieri mulieribus, vt dicitur. 18. Et ideo Eliaze. 51. vbi dicitur, Attendite ad Abraham patrem vestrūq̄ mortuam quæ vos peperit, vt ostendatē vtriusq̄ modificationem, & frigiditatem præmissis, dicens, Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam loci de quo præcis estis.

Quo verū sit q̄ corp⁹ Abraham esset emortuum cū post ex alijs generauerit.

¶ Deinde cūm dicit, (In repromissione etiam dei &c.) commendat fidem Abraham quantum ad iteratam promissionem de feminis exaltatione. Et primō ponit fidei firmitatē. Secundō firmitatis causam, ibi, (Dans gloriā deo.) Dicit ergo primō, In repromissione etiā dei. i. in iterata eius promissioe vel de feminis multitudine quā promisit. Primō quidem Gen. 15. dices, Suscipe cælum & numera stellas si potes. & infra. 17. Eris pater multarum gentium. & iterum infra. 22. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli. Vel intelligendum est in repromissione dei. i. in iterata promissione de exaltatione feminis eius: quia cū dixisset, multiplicabo semen tuū, statim subaudiit, Possidebit semen tuum portas inimicorū tuorū, & benedicentur in semine tuo oēs gentes terræ. In hac quidē dei repromissione non hesitauit. i. non dubitauit diffidentia scilicet q̄ diffideret de veritate diuinæ promissionis. Iaco. 1. Qui hesitat similis est fluctui maris &c. sed confortatus est fide, id est fidente fidei ad hæsit. 1. Pet. vlt. Cui resistite fortes in fide.

¶ Consequenter cūm dicit, (Dans gloriā deo.) assignat rationem firmitatis fidei eius, dicens, Confortatus est inquam fide dans gloriā deo in quantum. s. considerauit omnipotentiam eius. ps. Mag na virtus eius &c. Vnde & hic subdit, Plenissimè scies quia quæcumq̄ promisit deus potēs est facere. Sap. 12. Subest tibi enim cū vclueris posse. Ex quo patet q̄ quicq̄ nō est firmus in fide dei quantum est in se diuinæ gloriæ derogat, vel quantum ad eius veritatem, vel quantum ad eius potentiam.

¶ Deinde cūm dicit, (Et reputatum est ei.) commendat fidem Abraham quantum ad eius effectum. Et primō ponit effectum quē in ipso habuit, dicens, Ideo. scilicet Abraham tam perfectē hoc ipsum credidit reputatum est illi ad iustitiā. 1. Mach. 2. Et reputatū est ei ad iustitiam. Secundō ostendit effectum quē fides eius habet etiam in alijs. Et circa hoc tria facit. Primō ponit similitudinem effectus, dicens, Nō autem scriptum est propter ipsum quia reputatum est illi ad iustitiam, vt. l. reputatum q̄ soli Abraham fides ad iustitiā reputata sit: sed scriptū est propter nos quibus reputabitur. s. fides ad iustitiam. infra. 15. Quæcumq̄ scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt. Sic ergo scriptum est propter eum vt sit nobis